Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25977
Copyright: Admont, Benediktinerstift

9

nouit conscientias singulorũ. Vnde & malo loco dicitur: Non iustifica
bitur inconspectu tuo omnis uiuens. Quomodo dicis non sum pol
luta. post baalim non abiit. Vide uias tuas in conualle. Conuallé
que hebraice dicitur geta. lxx interpretantur: νοληανδρικον.
quod sermone nro dici potest sepulchrũ multitudinis. Frustra in
quit confiteris scelera tua. & iactas mundicia quę idolatrię pol
luta est sordibus. & impudenter negas te coluisse idolũ baalim.
Respice conuallem filiorum ennon quod syloe fontibus irrigat.
& ibi cernes delubrũ baal quem relicto deo uenerata es. Quodq; ad
ditur scito quid feceris. clausos oculos aperit denegantis. ut cernat
quod erubescit aspicere. Iuxta tropologia impudentia frontis
eorũ qui nolunt sua uitia confiteri. operibus arguuntur: Huiusce
modi enim homines non ambulant marta & in angusta uia que
ducit ad uitam. sed in lata & spaciosa per quam ingrediuntur plurimi.
que ducit ad mortem. Vnde & significatur νοληανδρικον no
minata est. siue iuxta historiam quod ibi interfecta & perdita
sit idolatrię malo ppli multitudo. Cursor leuis explicans
uias suas. onager adsuetus solitudini. in desiderio animę suę
attraxit uentũ amoris sui. Nullus auertet eã. omis quiquerunt
eã non deficient. in menstruis eius inuenient eã. Lxx. Adues
pertã uox eius ululabit. uias suas dilatauit sup aquas solitu
dinis. In desiderio animę suę spũ portabatur. tradita ẽ. quis
conuertet eã. Omnes quiquerunt illam non laborabunt. in hu
militate illius reperient eã. Iuxtũ in hoc loco lxx edicio abhe
braica ueritate discordat. tamen utrũq; habet sensum suum.
Quia supra dixit non sũ polluta. & quasi ad mulierẽ que tur
piter gesserat loquebatur. describit fornicationẽ eius. Quo
modo inquit capreę leuis. quã nos cõmuni genere cursorem
diximus significantius. quę aquila simachus & theodotio uer
tere προδρομος explicat uias suas & uelox fertur ad pa
bula. & sicuti onager adsuetus in solitudine trahit in deside
rio animę suę. uentum uel spiritũ amoris sui. uno enim apud
hebreos nomine ruha & uentus appellatur & spc. sic & israel
siue hierim toto impetu ad desiderũ libidinis ferebat. & omni